

BEATISSIMI HIP-  
POLYTI EPISCOPI ET  
martyris oratio, de Consumma-  
tione mundi, ac de Antichristo, &  
Secundo aduentu Domini no-  
stri Iesu Christi,

**Ioanne Pico Praeside classium Inquisitoriarum Senatus Parisiensis interprete.**



**Iuxta est dies perditionis, & adesse festinant tempora. Iudicabit dominus populum suum, & seruorum suorum miserebitur.** Deut. 32.

Lutetiae Parisiorum, M. D. LVII.

*Apud Audoënum Paruum, via ad diuum  
Iacobum, sub Lilio aureo.*

CVM PRIVILEGIO SENATVS.

**S**ILLV S T R I S S I M O  
PRINCIP I CARDINALI Q V E  
amplissimo Carolo à Lotharin-  
gia, Ioannes Picus classium In-  
quisitoriarum Senatus Parisien-  
sis Præses, S.

**P**ERACTO singulis an-  
nis, Antistes clarissime, iudi-  
ciorum cursu, quid agant cæ-  
teri, aut in quo suum collo-  
cent otium, nescio, nec sum  
admodum sollicitus: mihi  
quidem ad minuendas vitæ  
curas, levandamque in ob-  
eundis fori muneribus contractam molestiam, nihil  
est gratius, nihil optatius diuinorum lectione libro-  
rum: quam allatis tam ex Italia quam è Græcia ve-  
terum Græcorum monumentis (nam Latini scripto-  
res reperiuntur per pauci) in dies cumulatiorem fieri  
desidero. Neque tamen adeo sum ingratus in conci-  
ues meos. ut huius generis oblectatione satiatus, ina-  
nes illos deseram: sed cum occurrerit quidpiam quod  
eorum cognitione dignum existimauero, id, quāpri-  
mū licet, Latinè redditum publicè legendum emit-  
to, prius equidem adhibito peritorum eius discipli-  
næ iudicio, ne falsa aut erronea pro veris amplecten-

BEATISSIMI HIPP  
POLYTI EPISCOPI ET MAR  
tyris Oratio, de Consummatione  
mundi, ac de Antichristo, & Se  
cundo aduentu Domini nostri  
Iesu Christi.



VONIAM bea  
ti Prophetæ oculi  
nostrí fuerunt, rerū  
arcnarum decla  
rationem nobis in  
dicantes, tum vita,  
tum manifestacione, atque Spiritus  
sæcti aduétu, & verba de iis quæ nō  
dum acciderunt facientes, vnde etiā  
omnium seculorum posteritati ma  
ximam delinearunt contemplandi  
agendique occasionem : quam etiā  
ob causam dei per carnem aduentu

A